

PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Septimo iam

DE PRIMO ORDINE SANCTI
FRANCISCI NONNULLI IN
PERPETUUM STATUUNTUR

Pius Episcopus

**SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM**

*Transcriptus ex Acta Apostolicae Sedis,
An. I., Vol. I., Die 4 Oct. 1909, Num. 18,
pp.725-738*

SEPTIMO IAM pleno saeculo, postquam
Ordinis Franciscalis initia feliciter
constituta sunt, iure quidem, quotquot
Franciscum auctorem suum et parentem
agnoscunt, laetabile factum concelebrant,
grataeque pietatis significatione multiplici
memoriam viri sanctissimi et immortalia
eius in commune beneficia gestiunt
recolere. Sed quamquam praecipua
quaedam est ratio, cur id sollemne ante
alio agant Minoritae; eiusdem tamen
sollemnitatis laetitiaeque in partem omnes
venire decet, quicumque Franciscana
Instituta pro merito suscipiunt, maximeque
decet hanc Apostolicam Sedem; cuius cum
semper singulari favore et gratia, tum
magna existimatione et iudicio ipsa illa
Instituta floruerunt. Innumerabilia paene,

Pope St. Pius X

Apostolic Letter

I

Septimo iam

Concerning the First Order of St. Francis,
not a few things are established in
perpetuity

Pius X

**Bishop, Servant of the Servants of God
As a perpetual remembrance**

*Transcribed from Acta Apostolicae Sedis,
An. I., Vol. I., Die 4 Oct. 1909, Num. 18,
pp.725-738*

WITH THE SEVENTH CENTENARY
already passed, after which the beginnings
of the Franciscan Order were happily
founded, rightly indeed do, as many as
acknowledge Francis as their author and
parent, celebrate together this glad event,
and with the display of a grateful piety do
very many, most holy men commemorate
his memory and immortal benefactions in
common. But although there is a certain,
chief reason, why the Minorites keep this
day solemn more than any other; it is,
however, fitting that all, who enter
Franciscan Institutes for the sake of merit,
come to share in this solemnity and
gladness, and most of all it is fitting that
this Apostolic See (do so); since with Her
always singular favor and grace, and in

eaque praeclara exstant huius rei in actis
 Decessorum Nostrorum monumenta.
 Principio Gregorius IX, qui et Seraphici
 Patriarchae studiose amicitiam coluerat,
 et, cardinalis, legitimum Franciscalium
 patronum primus egerat: « Sancta, inquit,
 plantatio Fratrum Minorum Ordinis sub
 beato Francisco bonae memoriae incepit,
 et mirabiliter profecit, per gratiam Iesu
 Christi flores sanctae conversationis longe
 lateque proferens, et odores ». ¹ Isque,
 cum gravi sollicitudinum et curarum mole
 premeretur, ita ad alumnos Francisci in
 generalem coetum congregatos scribens,
 declaravit quam patrocinio beati Patris,
 quamque ipsius filiorum precibus
 confideret: « Inter pressuras innumeras et
 angustias infinitas, quas plus ferre
 possumus quam referre, consolationis et
 gaudii materiam resumentes, gratias et
 laudes, quas possumus, referimus
 Redemptori qui beatum Franciscum,
 Patrem Nostrum et vestrum, forte autem
 magis Nostrum, quam omnium vestrum,
 adhuc in carne viventem insignibus
 praeveniens muneribus gratiarum, tanta
 nunc eum cum ipso regnantem clarificat
 gloria, . . . ut Nos, in eiusdem Sancti
 magis ac magis pio amore succensi, totis
 affectibus in ipsius laudibus delectemur;
 sperantes, ut quos in saeculo extra
 saeculum vivens tota mente dilexit, et Nos
 nunc clarius amplexetur, quo illum, qui est
 vera charitas, vicinius intuetur, pro Nobis
 intercedere non desistens; et vos, quos
 idem in Christo regenerans in abundantia
 divitiarum altissimae paupertatis reliquit
 haeredes, gerentes in intimis visceribus
 caritatis ad profectum Ordinis vestri
 adspiremus ardentem, proposita Nobis spe,
 quod vestrarum orationum suffragiis,
 nostrarum tolerantiae passionum nobis
 provenient in salutem. ». ²

great esteem and judgment, have these
 very same Institutes flourished.
 Innumerable and brilliant monuments to
 this stand forth among the acts of Our
 Predecessors. At the beginning Gregory
 IX, who both studiously cultivated the
 friendship of the Seraphic Patriarch, and
 as a cardinal, acted as the first legitimate
 patron of the Franciscans: « The holy
 planting, he said, of the Order of Friars
 Minor began under blessed Francis of
 good memory, and it did wonderfully
 progress, through the grace of Jesus
 Christ, proffering its flowers and scents of
 holy comportment far and wide ». ¹ And
 he, after he was pressed with the heavy
 weight of solitudes and cares, writing in
 this manner to the disciples of Francis
 gathered in general chapter, declared how
 thoroughly he trusted in the patronage of
 their blessed Father and in the prayers of
 his very sons: « Among unnumbered
 pressures and infinite anguishes, which we
 can bear more than relate, resuming the
 matter for consolation and joy, we return
 thanks and praise, as we can, to the
 Redeemer who with remarkable gifts of
 grace was going before blessed Francis,
 Our father and yours, but perhaps more
 Ours, than yours, while he yet lived in the
 flesh, now does make him shine with
 Himself with such glory, . . . that We,
 enkindled in a greater and greater pious
 love for the same Saint, delight with all
 Our affections in his praises; hoping, that
 he may embrace now more clearly both Us
 and those, whom he, while living in the
 world outside of the world, did love with
 his whole mind, as much as he more
 closely gazes upon Him, who is true
 charity, not ceasing to intercede on Our
 behalf; and that We, with profound charity
 of heart, may aspire ardently to advance

your Order, you whom, the same, regenerating in Christ unto an abundance of riches, did leave as heirs of most high poverty, with the hope offered to Us, that by the suffrages of your prayers, the bearing of our sufferings will result in our salvation. »: .²

2. Idem autem Pontifex, in commendanda Episcopis familia Franciscalium (id quod Honorius III, vivo Francisco, iam fecerat), perhonorificis his verbis usus est: « Quoniam abundavit iniquitas et refriguit caritas plurimorum, ecce Ordinem dilectorum filiorum Minorum Dominus suscitavit, qui non quae sua sunt, sed quae sunt Christi, quaerentes, tam contra profligandas haereses, quam contra pestes alias mortiferas extirpandas, se dedicarunt evangelizationi verbi Dei in abiectioe voluntariae paupertatis ». ³

2. Moreover the same Pontiff, in commending the Franciscan families to the Bishops (which Honorius III, while Francis lived, had already done), used these very ennobling words: « Since iniquity has abounded and the charity of very many has grown cold, behold the Lord has stirred up the Order of Minors, our beloved sons, who seek not what is their own, but what is Christ's, as much against heresies to be overcome, as against other mortiferous pests to be uprooted, they dedicate themselves to the evangelization of the word of God in the abjection of voluntary poverty .³

3. Cum Gregorio plane concinit Nicolaus III: « Haec est Minorum Fratrum mitis et docilis in paupertate et humilitate per alium Christi confessorem Franciscum radicata Religio, qui, ex illo vero semine germinans, germen illud per Regulam sparsit in filios, quos sibi et Deo per suum ministerium in observantia evangelii generavit. Isti sunt filli, qui, docente Iacobo, Verbum aeternum Dei Filium, insitum humanae naturae in horto virginalis uteri, potens salvare animas in mansuetudine susceperunt. Hi sunt illius sanctae Regulae professores, quae evangelico fundatur eloquio, vitae Christi roboratur exemplo, fundatorum militantis Ecclesiae Apostolorum eius sermonibus

3. After Gregory, Nicholas III plainly agreed saying: « This is the meek and docile religion of the Friars Minor, rooted in poverty and humility by the kind confessor of Christ, Francis, which sprouting the sprout (cf. Is. 35:2) from that true seed, strew the same by (means of) the Rule among (his) sons, whom he generated for himself and for God through his ministry in the observance of the Gospel (cf. 1 Cor 4:15). These very ones are the sons, who by the teaching of Jacob (cf Gen 49:1-27) have received the Eternal Word, the Son of God, sown by human nature in the garden (Gen 2:8; Dt 11:10; Ct 6:2; Jer 61:11; Lk 13:19) of the virginal womb [and] able to save souls in

actibusque firmatur. Haec est apud Deum et Patrum munda et immaculata Religio, quae descendens a Patre luminum per eius Filium exemplariter, et verbaliter Apostolis tradita et demum per Spiritum Sanctum beato Francisco et eum sequentibus inspirata, totius in se quasi continet testimonium Trinitatis. Haec est, cui, attestant Paulo, nemo de cetero debet esse molestus, quam Christus passionis suae stigmatibus confirmavit, volens institutorem ipsius passionis suae signis notabiliter insigniri ». ⁴

4. Item Clemens V, qui locum illum Eccli. XXIV, 42, *Exivi de paradiso, dixi: rigabo hortum plantationum* sic ad praeconium Seraphici Ordinis accommodat: « Hic est hortus siquidem est Fratrum Minorum sancta Religio, quae muris regularis observantiae firmiter undique circumclusa intra se, solo constenta Deo, adornatur abunde novellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei Filius mortificantis poenitentiae myrrham metit cum aromatibus, quae suavitate mira universis odorem attrahentis sanctimoniae circumfundunt. Haec est illa caelestis vitae forma et regula, quam descripsit ille confessor Christi eximius, sanctus Franciscus ac servandam a suis filiis verbo

meeckness (Heb. 7:25). These are the professors of that holy Rule, which is founded on the evangelical discourse, strengthened by the example of the life of Christ, and made firm by the sermons and deeds of His Apostles, the founders of the Church Militant. This is [that] *clean and immaculate religion in the sight of [Our] God and Father*, (James 1:27b) which *descending from the Father of lights* (James 1:17) through His Son, having been handed on to the Apostles verbally and by example, and at last through the Holy Spirit to blessed Francis, and having inspired those following him, contains in itself, at it were, a testimony of the whole Trinity (vulg. of Jn 5:7). It is this, to which with Paul attesting *no one for the sake of the rest ought to be molested* (Gal 6:17), which Christ confirmed by the stigmata of His own Passion, willing [as He did] to notably mark with the signs of His own Passion the institutor of that very (religion). ». ⁴

4. Likewise, Clement V, who accommodated the verse from Ecclesiasticus 24:42, *I went forth from paradise, I said: I will water the garden of plantings*, as a public commendation of the Seraphic Order: « This garden is indeed the holy Religion of the Friars Minor, which firmly enclosed by the wall of regular observance, contented within herself with God alone is adorned abundantly by new seedlings of sons. The beloved Son of God coming upon this reaps the myrrh of mortifying penitence with aromatics, which with a marvelous sweetness sprinkle about in all places an odor of attracting holiness. This is that heavenly form of life, and rule, which that

docuit pariter et exemplo ». ⁵

5. Ita etiam hunc Ordinem effert Leo X: « Haec est sacra illa Minorum Fratrum Religio, quae, virentibus caremoniis foliis, per viros apostolicos, tamquam per palmites extensos a mare usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, vino sapientiae et scientiae irrigavit montes, et implevit terram. Haec est Religio sancta et immaculata, in qua, per speculum sine macula, Redemptoris contemplatur praesentia, vitae Christi et Apostolorum inspicitur forma, per quam primorum Ecclesiae fundatorum ante oculos christianae plebis reducitur norma; quae demum nihil nisi divinum, angelicum, omni perfectione refertum, Christoque nil nisi conforme, ut non immerito sua dicatur, repraesentat ». ⁶

6. Similiter Xystus V: « Ad denuo inflammanda corda Nostra, Pater misericordiarum et luminum, famulum suum beatum Franciscum misit, et in tam larga benedictione dulcedinis praevenit, ut non modo virtutum praerogativis et meritis celebrem fecerit, sed in carne ipsius sacra Christi Stigmata renovaverit, et mira Crucis mysteria, ligamina et paupertatem multiformiter in eo ad vivum demonstraverit, adeo ut vere Christus Francisco inferre possit: " Semitam meam et funiculum meum investigasti, et omnes vias meas praevidisti ". Unde et factum est, ut meritis dicit beati Francisci

excellent Confessor of Christ Saint Francis wrote down; and taught equally by word and example to be observed by his sons. ⁵

5. Likewise did Leo X also extol this Order: « This is that sacred Religion of the Friars Minor, which, with the greening leaves of holy deeds, through apostolic men, as through palms extended *from sea to sea, and from the river to the ends of the Earth*, has irrigated the mountains with the wine of wisdom and science, and has filled full the earth. This is the holy and immaculate Religion, in which, through the mirror without spot, the presence of the Redeemer is contemplated, the form of life of Christ and the Apostles is gazed upon, through which the norm of the first founders of the Church is brought back before the eyes of the Christian people; which, in short, represents nothing but what is divine, angelic, filled with every perfection, and naught but in conformity to Christ, so that it not undeservedly called His own. ». ⁶

6. Similarly Sixtus V: « To inflame Our hearts anew, the Father of mercies and lights, sent His blessed servant Francis, and went before him in such a large blessing of sweetness, that not only did He make him celebrated by the prerogatives and merits of virtue, but He renewed in his flesh the sacred Stigmata of Christ, and in a manifold manner gave a live demonstration in him of the wonderful mysteries, bonds and poverty of the Cross, for this, to be able to truly introduce Christ by means of Francis: " Thou hast investigated my path and my cord, and all my ways Thou hast foreseen ". Whence it

sacrosancta mater Ecclesia, foetu nova prolis amplificata, ac multorum sanctorum eius Instituti meritis, virtutibus, exemplis et miraculis aucta, necnon quamplurimis Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, Cardinalibus, Regibus et Summis Pontificibus decorata, non possit ad eius devotionis et imitationis sectanda vestigia non esse propensa ». ⁷

7. Nec vero unquam postea de Francisco eiusque institutis Apostolicae Sedis praedicatio continuit. E monumentis autem recentioris memoriae, praetereundae non sunt eae Litterae Gregorii XVI, in quibus de Aede Mariae Angelorum Assisiensi scribit: « In eo templo, Umbriae atque adeo totius Occidentis praecipuum decus, sanctus Franciscus Assisiensi maiores quotidie efficiens in eximia sanctitate processus, et mira omnipotentis Dei charismata accipiens in caelestium rerum meditatione continenter defixus, divino impulsus instinctu, sui Ordinis fundamenta iecit, atque divini Nostri Reparatoris eiusque sanctissimae Genitricis placido aspectu, suavissimisque fuit dignatus colloquiis. ». ⁸ -- Sed potissime digna sunt, quae commemorantur, acta Leonis XIII; qui quidem in Litteris Encyclicis *Auspicato*, ubi laudes Assisiensis Patris grandiloqua et gravi oratione persequitur, haec habet: « Ista rerum miracula, angelico potius quam humano celebranda praeconio, satis demonstrant quantus ille Vir, quamque dignus fuerit quem aequalibus suis ad mores christianos revocandis Deus destinaret. Profecto ad Damiani aedem exaudita Francisco est maior humana vox:

happened, that with the merits of the said blessed Francis, the sacrosanct Mother Church, amplified with the birth of a new offspring, and driven onward by the merits, virtues, examples and miracles of many saints of his Institute, and decorated with not a few Bishops, Archbishops, Patriarchs, Cardinals, Kings, and Supreme Pontiffs, could not but be propelled to follow in the footsteps of his devotion and imitation.». ⁷

7. But concerning Francis and his institutes, neither has the preaching of the Apostolic See ever been completely silent. Moreover from the monuments of more recent memory, there must not be passed by those Letters of Gregory XVI, in which he writes of the shrine of St. Mary of the Angels at Assisi: « In that temple, the chief ornament of Umbria and to that extent of the whole Western World, Saint Francis of Assisi, working greater things every day, having progressed in exceptional sanctity, and accepting wonderful carisms from the Omnipotent God having been molded in continual meditation of heavenly things, impelled by a divine instinct, laid the foundations of his Order, and was made worthy of gazing upon Our Divine Repairer and His Most Holy Theotokos, and of the sweetest conversations (with them). » ⁸ -- But most of all the acts of Leo XIII, which are remembered well, are worthy (of mention), he who in a certain Encyclical Letter *Auspicato*, where he pursues the praises of the Father of Assisi with grandiloquence and grave prayer, has this (to say): « Those wonderful things of his, (which) must be celebrated with angelic rather than human proclamation,

I, labantem tuere domum meam. Neque minus admirationis habet oblata divinitus Innocentio III species, cum sibi videre visus est Basilicae Lateranensis inclinata moenia humeris suis Franciscum sustinentem. Quorum vis ratioque portentorum perspicua est: nimirum significabatur, christianae reipublicae non leve per ea tempora praesidium et columen Franciscum futurum. Revera nihil cunctatus est quin accingeretur. Duodeni illi, qui se in eius disciplinam primi contulerant, exigui instar seminis exstiterunt, quod secundo Dei numine, auspiciisque Pontificis maximi, celeriter visum est in uberrimam segetem adolescere. ». -- Idem in Constitutione *Misericors Dei Filius*: « Iamvero in curandis Iesu Christi praeceptis Instituta Franciscalia tota sunt posita; neque enim quicquam spectavit aliud auctor sanctissimus, quam ut in iis, velut in quadam plaestra, diligentius vita christiana exerceretur. Profecto Ordines Franciscuales duo priores, magnarum virtutum informati disciplinis, perfectius quiddam diviniusque persequuntur ». -- Atque in Constitutione *Felicitate quadam*: « Insignis est enim et benevolentia studioque Sedis Apostolicae dignissima ea, quae Fratrum Minorum familia nominatur, beati Francisci frequens ac mansura soboles. Ei quidem Parens suus, quas leges, quae praecepta vivendi ipse dedisset, ea omnia imperavit ut religiosissime custodiret in perpetuitate consequentium temporum; nec frustra imperavit. Vix enim societas hominum est ulla, quae tot virtuti rigidos custodes eduxerit, vel tot nomini christiano praecones, Christo martyres, caelo cives ediderit, aut in qua tantus virorum proventus, qui iis artibus, quibus qui

sufficiently demonstrate how great and how worthy was that Man, whom God destined for the recalling of his contemporaries to Christian morals. Indeed at the shrine of San Damiano a greater than human voice was heard by Francis: *Go, watch over My House (which is) falling down.* Nor is there less admiration for the sight divinely offered to Innocent III, when he himself seemed to see Francis sustaining the wavering walls of the Lateran Basilica on his shoulders. The strength and reason for which portents is evident: undoubtedly it was to signify, that Francis was not a light-armed guard of the Christian republic throughout those times and would be a future column (of support). In truth there is no delay for the one who is unequipped. Those twelve, who were first to bring themselves together under his discipline, stood forth like a scanty seed, which with the nod of God and the auspices of the Supreme Pontiff, swiftly was seen to grow up into the most bountiful crop. ». -- Likewise in the Constitution *Misericors Dei Filius*: « All of the Franciscan institutes have already been set up to observe the precepts of Jesus Christ: for neither did (that) most holy author intend any other end, than that the Christian life be more diligently exercised in them, as in a certain gymnasium. Truly did the first two Franciscan Orders, formed with the disciplines of great virtues, follow after him more perfectly and divinely ». -- And in the Constitution *Felicitate quadam*; « For that, which is named the family of the Friars Minor, is remarkable as one being most worthy of the benevolence and attention of the Apostolic See. For her, indeed, her own Begetter commanded all those laws, which he himself gave as

excellunt praestare ceteris iudicantur, rem christianam remque ipsam civilem illustrarint, adiuverint ».

8. Iamvero Nos, qui, ut ipse de se Leo confirmabat, ⁹ « Franciscum Assisiensem admirari, praecipuaque religione colere ab adolescentia assuevimus, et in familiam Franciscanum adscitos esse gloriamur », certe non minoris, quam Decessorum Nostrorum quivis, grande beati Patris Opus aestimamus, nec secus, atque illi, peculiari quodam studio Nostro dignum ducimus. In hac igitur saecularium celebritate, cum Ordinis, a Francisco divinitus fundati, magna in rem christianam promerita verbis Decessorum illustravimus, videtur Nobis, palam facere et mansuro probare testimonio plenum paternae caritatis animum, quo tres familias, unde Franciscalium Ordo princeps constat, sine ullo discrimine complectimur. Certe quidem humani ingenii mobilitate et varia conversione temporum sensim factum est, ut Franciscani sodales ex concordissima communitate vitae atque victus in diversas deinceps disciplinas abirent. « Summam rerum inopiam, quam Vir sanctissimus in omni vita adamavit unice, ex alumnis eius optavere nonnulli, simillimam; nonnulli,

precepts for living, so that she would guard them most religiously in the perpetuity of subsequent times; nor did he command this in vain. For there is scarcely any society of men, which has brought forth so many rigid guardians of virtue, or has given forth so many heralds of the Christian Name, martyrs for Christ, citizens of Heaven, and/or in which there has assisted so great an issue of men, who brightened Christian and civil society with those arts, by which they are judged to stand before all others who excel (in them) ».

8. But We now, who, as Leo himself confirmed on his own, ⁹ « have been accustomed to admire Francis of Assisi and to foster from adolescence his chief religion, and We glory in being adopted into the Franciscan family », certainly not of the Minors, which We, as any of Our Predecessors, esteem as the great Work of the blessed Father, nor otherwise than that particular other, which we have judged worthy of Our own certain involvement. Therefore in this fame of the seculars, when We have illustrated with the words of Our Predecessors the great merits of the Order, divinely founded by Francis, for Christian society, it seems to Us, that to publicly make and prove by enduring testimony the fullness of Our paternal charity, by which We embrace the three families, from which the principal Order of Franciscans is established, without any discrimination. Certainly indeed with the mobility of human genius and the various changing of times it has gradually happened, that the Franciscan members have departed one after another from a most harmonious community of life and

quibus ea visa gravior, modice temperatam maluerunt. Quare aliorum ab aliis secessionem facta, hinc *Observantes* orti, illinc *Conventuales*. Similiter rigidam innocentiam, altas magnificasque virtutes, quibus ille ad miraculum eluxerat, alii quidem imitari animose ac severe, alii lenius ac remissius velle. Ex prioribus iis fratrum *Caputalorum* familia coalita, divisio tripartita consecuta est ». ¹⁰ -- At legitimarum varietatem disciplinarum nihil obstare, quominus qui cuius earum essent adscripti, omnes se germanam Francisci progeniem esse iure defenderent, pluries est Apostolicae Sedis auctoritate sancitum. Ita Leo X: « Quod ipsi *Fratres de Observantia et Reformati*, veri et indubitati Fratres Ordinis B. Francisci et eius Regulae observatores semper fuerint, ac, divina favente gratia, sint futuri, sine aliqua interruptione seu divisione, a tempore editae Regulae per B. Franciscum usque ad praesens ac sub ipsius B. Francisci Regula militaverint, et etiam ad praesens militent; sicque in omnibus teneri et observari ac decidi debere decernimus ac mandamus ». ¹¹ Et Clemens VIII Fratres Minores de Stricteri Observantia Reformatos nuncupatos ab iniuriis quorundam tuetur. Ipsosque *Reformatos*, declarat « veros filios et indubitatos Fratres Ordinis sancti Francisci ». ¹² De Capuccinis autem, Paulus V, ¹³ Urbanus VIII, ¹⁴ Clemens XII, ¹⁵ eos « esse vere Fratres Minores », et « originem seu principium illorum esse realiter et cum effectu computandum a tempore primaevae et originalis institutionis Regulae Seraphicae, cuius observantiam ipsi Fratres Cappuccini semper sine aliquo interruptione continuarunt », eosdemque « fuisse et esse ex vera et numquam interrupta linea, ac veros et indubitatos

manner of living into diverse disciplines. « The most high penury of things, which the most holy Man fell uniquely in love with through his whole life, not a few of his students preferred in a very similar manner; not a few, to whom this seemed heavier, in a moderately tempered manner. Wherefore with the secession of some from others accomplished, on this side there arose the *Observants*, on that side the *Conventuals*. Similarly the rigid innocence, and the high, magnificent virtues, with which he had shown forth as a miracle, some indeed wanted to imitate courageously and severely, others more leniently and mildly. After the family of the friars *Capuchine* coalesced from the first of these, there resulted a tripartate division ». ¹⁰ -- But that the variety of legitimate disciplines obstructs nothing, still less that which those who had joined whichever of these, all rightly defended, (namely) that they are the genuine progeny of Francis, has been sanctioned very many times by the authority of the Apostolic See. Thus Leo X: « That the very *Friars of the Observance* and the *Reformati*, have always been the true and undoubted Friars of the Order of Blessed Francis and observers of his Rule, and, by the favor of divine grace, may always be (such), without any interruption or division, they have from the time of the publishing of the Rule by Bl. Francis even to the present also served as soldiers under the Rule of Bl. Francis, and do also serve even to the present; and in this manner We discern and mandate that they ought to be held and observed and judged ». ¹¹ And Clement VIII protected the Friars Minor of the Stricter Observance, called the *Reformati*, from injuries from certain persons. And the *Reformati* themselves, he

Fratres Ordinis sancti Francisci, et illius Regulae observatores, subque ipsius B. Francisci Regula militasse et ad praesens quoque militare » statuunt. -- Haec ipsa Nos affirmantes, volumus, iubemus, ut quotquot sunt de ternis disciplinis Franciscalis Ordinis primi, omnes non solum germani sed *gemelli* Fratres, omnes eodem Francisco nati eisdemque religiosae vitae documentis ad unam ipsius Regulam exculi, cum inter se tum ab omnibus habeantur. Itaque ut huius caritatis fraternae, quae inter filios beatissimi Patris una dominari debet, melius tuta et salva iura sint, ideoque ut Franciscana Instituta uberiores Ecclesiae sanctae fructus pariant, Nos de communibus totius gentis Minoriticae rationibus haec valere in perpetuum, tamquam certa principia et capita, decernimus, sancteque ab omnibus servare ex Apostolicae potestatis plenitudine praecipimus quae infra scripta sunt:

declares to be « true sons and undoubted Friars of the Order of Saint Francis ». ¹² Moreover concerning the Capuchines, Paul V, ¹³ Urban VIII, ¹⁴ (and) Clement XIII, ¹⁵ established them « to be truly Friars Minor », and « to be really their origin and beginning and to be effectively counted (as such) from the time of the primeval and original institution of the Seraphic Rule, the observance of which the Friars Capuchin themselves always continue without any interruption », and that the same « were and are from a true and never interrupted line, both true and undoubted Friars of the Order of Saint Francis, and observers of his Rule, and that they have served as soldiers and do also served at the present under the Rule of Bl. Francis himself ». -- Affirming these very things, We will (and) order, that as many are of the three disciplines of the first Franciscan Order, they are to be regarded both among themselves and by all, as not only genuine but *twin* Brothers, as all having been born from the same Francis and as having been carefully cultivated by the same documents of religious life according to his one Rule. And so that for this fraternal charity, which among the sons of the most blessed Father ought to rule as one, there may be more safe and sure laws, and for the reason that the Franciscan Institutes may bear more abundant fruit for the holy Church, We concerning the common reasons of the whole Minorite nation, discern these things to be valid in perpetuity, as certain principles and sources, and We precept with the plenitude of Our Apostolic power that those things which are written below are to be observed in a holy manner by all:

I. Ordo primus sancti Francisci, si Patrem legiferum a quo conditus, si Regulam, qua utitur, spectes, una est religiosorum familia: si vero rationem regiminis et Constitutiones, quibus ex Apostolicae Sedis praescripto gubernatur, in tres familias dividitur: quarum una est *Fratrum Minorum*, quae olim a *Regulari Observantia* dicebatur, quaeque quum in quatuor sodalitia esset distincta, id est in Observantes, Reformatos, Alcantarinos, Recolectos, a Leone XIII fel. rec. ad unitatem revocata est, uno *Ordinis Fratrum Minorum* indito nomine; altera est *Fratrum Minorum* qui *Conventuales* audiunt; tertia *Fratrum Minorum* qui *Cappuccini* appellantur.

II. Familia, seu Ordo, Fratrum Minorum, cui quondam a Regulari Observantia nomen fuit, postquam a Leone XIII ex variis sodalitiis in unum redacta est, si *ab Unione Leoniana* appelletur, recte appellatur. Ea quidem « ex concessu Sedis Apostolicae antecedit loco et honore » ceteras Franciscalium familias, eiusque alumni « Fratrum Minorum merum nomen a Leone X acceptum retinent », ut ait in Constitutione *Felicitate quadam* Decessor Noster: sed tamen non sic hoc nomen interpretandum est, quasi in ipsa tantum familia omnis Ordo Minoriticus videatur consistere. Patet interpretationem huiusmodi et longe abesse a vero, et valde reliquis Minoritis non paucis esse iniuriosam. Quoties igitur appellatio *Ordinis Fratrum Minorum* sine ullo apposito ambiguitatem haberet, oportere

I. St. Francis' first Order, whether you consider the lawgiver-Father by whom it was founded, or the Rule, which it uses, is one family of religious: but if the reckoning of its government and the Constitutions, by which it is governed from the prescript of the Apostolic See, it is divided into three families: of which one is the *Friars Minor*, which once used to be called *of the Regular Observance*, and which when it had been separated into four groups [sodalitia], that is into the Observants, the Reformati, the Alcantarines, (and) the Recolects, it was, by Leo XIII, of happy memory, recalled to unity, having been given the one name *Order of Friars Minor*; the other is the *Friars Minor* who are spoken of as *Conventuals*; the third the *Friars Minor* who are named the *Capuchins*.

